22 quòd omne homicidium † largo modo parricidium appellari poteſt, Authore Romulo, per ea, quæ in illius vita, ſumpta ratione dixit Plutarcus in Romuli vita, per hæc verba: Illud etiam Romuli proprium, quòd cum nullam parricidæ pœnā diffiniſſet, homicidium omne parricidium nuncupari voluit; redditque rationem; quòd hoc impium, & nepharium, illud autē impoſſibile eſſe duceret.

Hinc Cicero in Oratione pro Sexto Roſcio Tomo primo. Solon cū interrogaretur, cur nullum ſupplicium conſtituiſſet in eum, qui parētem necaſſet; Reſpōdit ſe id neminem facturum putaſſe, ſapienter feciſſe dicitur, cum de eo nihil ſanxerit, quod antea commiſſum non erat, ne non tam prohibere, quā admonere videretur, vide quæ dixi infra, ad q. 64. verſ. vbi ſunt ad fin. *Drog.*

uantur, vt trahantur ad caudam equi, & deinde collocentur, & rotæ affigantur. Dicit tamen Placa in d. c. 22. nu. 7. in fin. quod in Regnis Hiſpaniæ dantur canibus lacerandi, & eculeo inſuuntur, & proijciuntur in flumen. Et dicit, quod praxis ita obſeruat. Ego dum eſſem in Hiſpania, vidi quandoque huius criminis reos prius ſtrangulatos includi dolio, & in Flumen proijci. [k] *Apud nos autem decapitantur, prout alij homicidæ.* [l] *Et deinde eis non denegatur Eccleſiaſtica ſepultura.* [m] *Et ita pluries vidi obſeruari in mulieribus, qui proprios infantes, poſt partum occiderant,* [n] *vel ſuffocauerant. Et aliqua etiā vidi furcis ſuſpendi, & in ſpecie quandam Luciam de Rouedotis, quæ filiam propriam infantem in puteum proiecerat, ex quo ſuffocata remanſerat, 3. Iunij. 1556. P. N. Nam in hoc Ducatu ſeruatur, quod etiam mulieres furcis ſuſpenduntur, quicquid aliqui in contrarium dixerint, quos refert, & idem Neapoli ſeruari atteſtatur, Gramma. ſuper Conſtitution. Regni, fol. 121. col. 1. num. 10. A conſtitutionibus autem huius Ducatus impoſita eſt occidentibus liberos pœna, vt trahantur ad caudam equi, & deinde rotæ ligneæ intexantur: quod tamen nunquam vidi in practica obſeruari, ſed vt dixi, decapitātur, vel furcis ſuſpēdūtur, prout etiā fuit ſuſpēſus quidam Bernardinus de Ripa matricida, 2. Iun. 1558. P. N.*

K *Apud nos autem,*] In patricidio conatu non ſecuto effectu, Menoch. in caſu 306. num 63. *Roſ.*

l *Et deinde ei non denegatur.*] Adde, quod de iure ſepultura pōt denegari parricidæ, & pōt violari impunè. Menoch. de arbit. iud. caſ. 387. n. 30. *Baiar.*

m *Et ita pluries.*) De matre infantē poſt partū occidente, Theſaur. deciſ. 13. & adde de matre & filia, Carp. c. homicida, nu. 1409. Quid ſi effectus non ſequatur, vide in 1. vol. epit. conſ. Zilet. conſ. 98. per tot. Corrad. de parric. *Roſ.*

n *Vel ſuffocauerant.*) Quid de muliere, quæ vētris doloribus impulſa ad latrinam acceſſit, & partū in cloacā effudit, aſſerēs ſe neſciuiſſe fuiſſe prægnantem? vi. & dic per Oſaſc. in deciſ. Pedemont 68. *Giach.*

§. PERIVRIVM.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Periurium quid ſit.*
2 *Pœna periurij quæ ſit.*
3 *Et, pariurus efficiatur infamis.*
4 *Et an clericus propter periurium amittat beneficium ipſo iure, an autem veniat per ſententiam priuandus.*
5 *Et an periurus incidat in pœnas, l. ſi quis maior, C. de trāſ.*
6 *Et an repellatur ab agendo.*
7 *Et an à teſtificando.*
8 *Et an periuro deferatur iuramentum, in ſuplementum probationis.*
9 *Periurium non committitur ſine dolo.*
10 *Diffi ultas excuſat à periurio.*
11 *Periurium non nocibile, non punitur.*
12 *Periurium in non nullis caſibus non punitur in foro contentioſo, ſed ſolum Deum habet vltorem.*
13 *Et quid ſi delatum ſit iuramentum à parte parti.*

Ex Additionibus.

1 *Periurium quid ſit.*
2 *Pariurus quis dicatur, remiſſiue.*
3 *Periurum diuerſitas, remiſſiuè.*
4 *Periurus eſt non obſeruans quod ſub fide nobilitatis promiſit*
5 *Periurium in dubio non incurritur.*
6 *Periurium inficit teſtimonium.*
7 *Periurij pœna quæ ſit, remiſſiue.*
Iudas qua pena, & à quibus iudicibus puniantur de periur. num. eod.
8 *Periurus fuſtigatur tanquam infamis.*
9 *Periurij pœna in Regno Neap.*
10 *Periurus an poſſit eſſe teſtis.*
11 *Periurium non committitur ſine dolo.*
Periurus nō dicitur, qui tempore ſtatuto ſoluere nō potuit, quod iurauerat. nu. eod.
Periurus an poſt emendationē, vel abſolutionem repellatur à teſteficando, nu. eod.
12 *Iuramenti temerarij tranſgreſſor etiam ſine abſolutione non repellitur à teſtificando.*
13 *Iurans falſum dum credit iurare verum, excuſatur.*
14 *Periurium non committit teſtis in ſecundo examine deponens quod ſe in priore aſſeruerat.*
15 *Periurij pœna ex qualibet iuſta cauſa excuſatur.*
16 *Periurium in pluribus caſibus excuſatur, remiſſiue.*
17 *Periurus, qui ad cauſā deciſionem falso iurauit, iudicis arbitrio quo ad fiſci commodum mulctatur.*
18 *Periurij pœna non habet locum in principali examinato tamquam teſte, nec in teſte habente intereſſe in cauſa.*
19 *Periurium etiam nocibile interdum extraordinariè punitur.*
Iudex laicus poteſt declarare, quòd quis incurrit periuriū, ſi quæſtio eſt facti, ſub num. 5.

ADDI.

ADDITIONES.

Ad §. Periurium.

Periurium. De hac materia periurij, vide Decian. in ſuis tractat. crim. lib. 6. tom. 2. c. 7. & ſex ſequentibus. De materia periurij, Vulpell. reſpōſ. 75. num. 2. & Decian. latè tom. 2. tract. crim. lib. 6. cap. 7. & ſex ſequent. An ſit mixti fori, idē Decian. to. 1. tract. crim. lib. 4. c. 29. num. 6. *Roſ.*

Periurium.) Adde, quòd teſtis deponens circa id, quod ignorat, eſt periurus, per Crau. eius conſil. 99. poſt num. 7. &
1 periurium † inficit teſtimonium, licet committatur circa extranea, per eundem ibi, n. 8. *Giach.*

Periurium eſt mendacium.] Adde, quòd hanc diffinitionē ponit Boer. deciſione 305. ſed Decian. in Tractatu criminal. libro ſexto, capitulo 2. hanc diffinitionem impugnat, dicens, quod non comprehendit omnes caſus periutij, & quod magis ſatisfacit diffinitio Gloſſ. vlt. in capit. tua nos, de iureiurā. quæ ſic diffinit; quòd Periurium ſit tranſgreſſio iuramenti, quæ diffinitio omnem caſum comprehēdit: alia definitio habetur per Couarr in prima parte etiā lect. §. 7. in princ. vbi dicit eſt ſecundum D. Thomam, quod periuriū eſt trāſgreſſio præcepti prioris tabulæ, & ex eo honori,
2 & reuerentiæ † Dei Optimi Maximi detrahitur; & quando quis dicatur
3 † periurus, vide Cranet. in conſil. 65. num. 6. & de diuerſis modis periurij habetur per Viuiū deciſ. 120.

4 Item adde, quòd committit periurium ille, qui promittit attendere, & obſeruare, & nō contrafacere ſub fide nobilitatis, & ſic dicitur, *A fede da Gentilhuomo*, & efficitur periurus, ſi contrauenit ſecundum Bertrand. in conſilio 162. numero octauo, & ſequent. volum. primo: quia fidei datio, & iuramentum æquipollent, capit. ad aures, quod met. cauſ. capitulo ſecundo in fin. de fideiuſſor. Capr. regul. 71. numero ſexto. Sed ad hanc quæſtionem, vide omninò Couarruu. in prima parte relect. §. ſecundo, numero ſecundo, vbi diſtinguendo concludit, quòd ſi fides accipitur pro fide humana, quam Gentiles, Turcæ, ac Saraceni ſeruare tenentur iure naturali gentium, vel pro fide nobilitatis, qua eam fidem ſignificat, quam nobiles præ ceteris in humanis cōuentionibus præſtare ſolent, & debent, tunc in iſtis caſibus promiſſio, uel aſſertio facta ſub mentione fidei non inducit iuramentum, nec habet vim, aut religionem, quoad periurium, nec quoad alios iuris effectus, aut fides in pactis, & conuentionibus intercedit eo ſenſu, quo pro uirtute Theologica aſſumitur, & tunc iuramentum, & eius veros effectus inducit, quia vt res ſacra in teſtimonium adducitur, ſi quis per fidem Chriſtianam, aut per fidem Chriſti aliquid aſſeuerauerit, aut ſeruare promiſerit, & ibi etiam dicit, quòd in dubio promiſſio intelligentia eſt de fide humana, & non de illa, quæ virtutem Theologicam habet, uide etiam Moron. in tractatu de fide, treug. & pace, quæſtione decima ſexta, ubi dicit, quod fides, quæ ad naturam pertinet, & iuramentū differunt, & quod fidei uiolator crimine ſtellionatus punitur, & redditur infamis, & dicta fides (licet Couarruu. ubi ſupra, dixerit eam non habere vim, quoad iuris effect.) habet uim iuramēti, quo ad obligandum, & parit actionem, ut per Afflict. deciſione 389. ubi Viſil. qui ſimiliter dicit, quòd frangens fidem non plectitur eadem pœna, qua iuramentum rumpens, & non ſeruans fidem humanam; periurium non committit, nec punitur pœna periurij; & in terminis de eo, qui promiſit ſoluere certo tempore ſub tale iuramenrum per tactus palmarum, & poſteà non ſoluit, quod non poſſit puniri pœna periurij, ſed arbittariè, habetur per Afflictum, in conſtitutione eos, qui ſcienter, numero 11. libro tertio.

5 Item adde, † quòd ſemper in dubio facienda eſt interpretatio, ne quis periurium incurriſſe dicatur Berous conſilio 149 numero duodecimo, uolumine primo, & per iudicem laicum quis declarari poteſt incurriſſe periutium, quando non eſt quæſtio iuris, ſed facti. Rom. ſingul. 425. incip. ego coram magis, & Felyn. in cap. 1. de iure iur. *Baiard.*

b *Sed quæro, quæ ſit pena periurij.*] Adde, & uide fuſius per Iacobum Menoch. de arbitrar. iudic. libro ſecundo, centuria quarta, caſu 319. ubi etiam de ſenſu, l. 2. C. de rebus credi. & iureiuran. plenè poſt aliorum intellectus, qui ibi referuntur, habetur verus, ac genuinus. *Giach.*

7 *Sed quæro, quæ ſit pœna periurij.*] Adde † in materia periurij, & quibus pœnis puniatur periurus, uidendum Menoch. de arbitr. iud. caſu 319. & ibi latè habetur, quòd Iudæi periuri à ſuo Pontifice, & ſuis Miniſtris puniri debent, ſed non pœna ſpirituali. Socinus Iunior conſilio 125. numero decimo, & quomodo puniatur periurus, uide etiam Brunum in Repertorio ſuo, in verſiculo prima concluſione, uerſiculo Iuramentum, folio centeſimo quinquageſimo ſexto, libro tertio, Repert. antiquit. & Roman. in ſingul. 425. dicit, quod etiam fu-
8 ſtigatur, † ut infamis: & uide etiam ibi Apoſtillantes, & quibus pœnis periurium puniatur, tam in principali, quàm in teſte, latè habetur etiam per Caſſan. ſuper conſuetud. Burgūn. in Rubrica decima, in uer. des retraictis, §. 12. uerſicul. ſed

§. PERIVRIVM.

1 *Periurium eſt* [a] *mendacium Iuramento* [b] *firmatum. Sed quæro, quæ ſit pena periurij Reſp. quòd in primis periurus efficitur infamis. Scias tamen; quòd de iure ciuili per-*
2 *iurus non efficitur infamis ipſo iure, niſi in caſu l. ſi quis*
3 *maior. C. de tranſact. de quo dixi infra lib. 7. §. Iuramentum: regulariter autem periurus non efficitur infamis infamia iuris. Et hæc eſt communis opi. vt dicit Felin. in c. teſtimonium, nu. 30. de teſtib. quem refert Pract. Conradi, fol. 84. verſ. amplia etiam. Turza in ſuo libello communium opinio. c. 1. Item ſcias, quòd ad hoc, vt quis ex periurio incurrat infamiam, requiritur, quòd veniat contra promiſſionē, & contra iuramentum: ſi vero ueniat contra iuramentum tantum, non efficitur infamis, ita tenuit Glo. in l. Lucius, §. quæro, in verbo, Debet autem, ff. de ijs, qui notantur imfam. quam dicit eſſe communiter approbatam Cagnol. in d. l. ſi quis maior, poſt nu. 181. C. de tranſact. et ideò vbicunque aliquis cum iuramento aßerit aliquid de præterito, vel præſenti, quod eſt falſum, non efficitur infamis ex tali periurio commiſſo, ſuper illo iuramento aſſertorio. Sed ſi promiſerit cum iuramento aliquid de futuro, & illud non fecerit, tunc ex tali periurio commiſſo ſuper iurameuto promiſſorio, utique efficitur infamis, ita expreſſe diſtinguit Gl. præalleg. & eſt communis opi. vt atteſtatur Lanfran. in repet. c. quoniam contra, in materia teſtium, nu. 106. de probat.*
4 *Item clericus propter periurium poteſt priuari dignitate obtenta, non tamen eſt ille priuatus ipſo iure. Et hæc eſt magis communis opinio, vt dicit Gomeſ. in §. Item ſi quis, poſt num. 28. Inſtit. de actio. Et quòd clericus propter periurium non ſit priuatus beneficio ipſo iure, ſed priuandus dicit eſſe communem opin. Felyn. in c. ex parte, il 1. num. 2. & ſequen. de reſcript. Dec. in cap. cum non ab homine, poſt num. 5. de iud. Silua. de beneficio, fol. 137. num. 7. & ſequen. & in tract. de virtute iur. q. vlt. poſt n. 3. Rebuf. de pacif. poſ. fol. 38. Diaz. in pract. crim. can. c. 80. Ripa in d. c. ex parte, nu. 13. Bene verū eſt quòd ſi talis clericus periurus inſtituatur. in aliquo beneficio, non valet inſtitutio ipſo iure. Et eſt comm. opi. ut dicit Lamber. de iure patron. in 1. par. lib. 2. q. 9. art. 15. quē refert Villalob. in ſua collecta commun. opin. in littera P. verſ. periurus non eſt priuatus; quod intellige, quando ob illud periurium effectus eſt infamis, iuxta ea, quæ dixi ſupra, verſ. ſed quæro.*

pone

pone, quòd contrarium, fol. mihi 1362. Marſ. in pract. crim. in §. ſupereſt, num. 160 & magis latè per Decian. in tract. crim. lib. 6. c. 13. to. 2. & Viui. in deciſ. 120. Io. à Selua de iure iur. q. vit. vbi tradit vndecim periurij pœnas.

9 Item † adde, quòd in Regno Neapol. pœna periurij eſt pęna manus per conſtitut. eoſque quod intellige, vt per Fab. de Montele. in praxi arbitr. p. 4. num. 23. fol. 344. *Baiar.*

c *Pœnas d. l. ſi quis maior.*] Hic nota, quòd conſilium Mediolani nõ ſolet obſeruare pęnas dictæ legis, teſte Neuiz. in ſua Sylu. nupt. lib. 5. ad char. 554. in donatario: quòd ſeruentur, habetur per Crau. conſ. 151. col. 2. Item an in alijs cõtractibus quàm tranſactionis, vide Rol. qui ponit rationem, cõl. 57. vbi de communi, lib. 1. vbi habere dicit locum in omni contractu iurato. Sed intellige de ſponte facto ex neceſſitate per iudicis decretum, ita Bart. in l. prædita, num. 8. de actio empt. & communis, de qua ſupra teſtatur etiam Soc. conſ. 26. nu. 4. lib. 3. *Giach.*

d § *iuramentum.*] Adde quæ habentur in collect. mea cõmu. opi. §. periurus, & l. lex. *Giac.*

e *Præterea periurus.*) Intellige in materia, in qua iurauerat non agere, per Felin in c. dilecti filij, nu. 2. de exceptio. vbi Dec. in 3. not. dicit, quod communis concluſio eſt, quod periurus nõ repellitur ab agendo, niſi in cauſa, in qua fuit periurus, & tunc intellige parte opponẽte, per Crauett. conſ. 299. col. fin. verſ. tertio reſpond. Quæ exceptio eſt litis finitæ excepto, quod not. quia multi hoc ignorãt, vt ait Apoſtill. ad Felynum, in d. capit. dilecti. *Giach.*

f *Repellitur etiam.*) Teſtificando Farin. quæſtione quinquageſimaſexta, articulo quinto, numero centeſimo octuageſimo ſexto, volumine ſecundo. *Roſ.*

Repellitur etiam.] Adde, ut per Rolan. in conſ. 6 nu. 9. volum. 2. etiam in crimine læſæ maieſtatis. Crauet. conſil. 6. numero 58. & tempus iuramenti inſpicitur ad cognoſcendum, an quis ſit periurus, uel ne, latè Roland. dict. conſilio 6. numero 42. *Giach.*

10 *Repellitur etiam periurus à teſtificando.*] Adde, † quòd periurus non probat, etiam quod deponeret cum tortura, Ruin. conſ. 149. num 4. vol. 4. & Crauet. conſil. 234. num. 1. & Viu. commun. opin. in verb. teſtis, non poteſt eſſe periurus, num. 3. niſi in negocio hæreſis, in quo teſtis periurus admittitur, vt

* ibi, num. 8. * admittitur, etiam in crimine læſæ maieſtatis, vt per Gigan. in quæſt. 11. numero octauo: & in hoc Dominus Clarus errauit, qui dictam quæſtionem in contrarium adduxit, & totam non vidit, & periurus non poſſet dici ille, qui ſine dolo, & ex inaduertentia peieraret, ſeu quia ad tem-

* pus ſtatutum ſoluere non potuerit, quod iurauit, * periurus non dicitur, qui iuramentum non ſeruat ex cauſa à iure permiſſa, & qualiter debeat formare libellus, quando criminaliter agitur contra periurum, vt extraordinariè puniatur, & quæ cauſa excuſat à periurio Maſuer. latè ad Pract. Papienſ. in forma libelli, vt pact. ſeruent. in verſiculo tranſactiones, numero decimo tertio, in addition. periurus, & Viuius in dict. verbo, teſtis non poteſt, dicit, quòd periurus, nec poſt emendationem, ſiue abſolutionem à periurio in teſtem admittitur, & quod nũquam poteſt admitti, niſi id caueatur, & quod Summus Pontifex poſſet habilitare illum ad teſtificandum: ſed ad prædicta omnia, vide Maſcardum de probationibus, concl. 1168. volumine tertio, vbi latiſſimè habetur, in quib. caſibus teſtis periurus repellatur.

11 Item adde, † quod, quando periurium eſt temerarium, ut puta, de non reuelando partum ſuppoſitum, tranſgreſſor non repellitur à teſtificando, etiam abſolutione nõ præcedente, Ruin. conſ. 158. num 20. vol. 5. *Baiard.*

g *Hoc tamen intellige.*] Farin. ſupra nu. 198. & ſequẽt. vbi multis modis limit.

h *Excuſari autem poteſt periurus.*] Adde,

13 quod iurans falſum, credens iurare verum, excuſatur, vt eſt cõmunis opinio, de qua Mandoſ. in Apoſtill. ad Roman. conſil. 391.

14 Item adde † quod teſtis poteſt in ſecundo examine teſtificari id, de quo in priore nihil ſcire aſſeruit, tanquàm melius etiam recordatus: & quòd ideò non commiſit periurium, ſecũdum Vulpellum in conſilio ſeptuageſimoprimo. De quo dicto valdè dubito, niſi optimam diceret rationem, cur melius recordaretur.

15 Item adde, † quòd quælibet iuſta cauſa excuſat à pœna periurij; & eſt magis communis opinio, ut teſtatur Berous conſilio octuageſimo octauo, numero tertio, volumine primo.

i *Scias etiam alios eſſe caſus.*) Adde videndum Decian. in tractatu crimin. libro ſexto, capitulo vndecimo, tomo ſecundo, vbi habentur plures caſus, in quibus periurus excuſatur. *Baiard.*

5 *Incidit etiam periurus in pœnas* [a] *d. l. ſi quis maior, C. de tranſact. Sed quæ illæ pœnæ potius reſpiciunt cauſas ciuiles, quam criminales, ideò materiam illius legis hic tractare viſum non fuit, dixi late infra libro 7.* [d] *§. Iuramentum.*

Prȩterea [e] *periurus repellitur ab agendo, vt dixi in d. §. Iuramentum.*

Repellitur [f] *etiam periurus*

7 *a teſtificando, ſecundum Gl. in cap. per tuas, in verbo, Adulterij, de ſimo. quam dicit eſſe communiter approbatam Gigas de crimin. læſæ Maieſt. fol. 104. quæſt. 11. num. 1. Et dicis Alber. in d. l. Lucius, num. 3. ff. de infam. quòd ita tenent communiter Doct. Hoc tamen intellige, vt procedat in eo, qui eſt periurus ſuper iuramento licito. Ceterum ſi iuramentum præſtitium fuiſſet temerarium, & illicitum, certe tranſgreſſor huiuſmodi iuramenti temerarij non repellitur a teſtificando. Et ita communiter tenetur per Doct. vt dicit Hoſt. quem refert Abb. in cap. teſtimonium, poſt nu. 7. de teſtibus.*

8 *Item periuro nunquam defertur iuramentum in ſupplementum probationis. Et eſt communis opin. vt atteſtatur Soc. conſ. 136. poſt nu. 9. verſic. Quarto, & vltimò, lib. 1. quod eſt duplicatum in conſ. 155. lib. 2.*

Excuſari [h] *autem poteſt*

9 *periurus a pœna periurij, in primis ſi oſtendat periurium fuiſſe ſine dolo commiſſum: nam eo caſu non punitur, vera enim eſt iuris concluſio, quòd periurium non committitur ſine dolo, ita allegatur tenere Bald. in l. obſeruare, §. proficiſci, colum. 3. ff. de offic. proconſ. qui in hoc communiter approbatur, vt dicit Cagnol. in d. l. ſi quis maior, numero 185. & ſequen. Hanc etiam dicit eſſe communem opinio. Iaſ. in l. videamus, in princ. num. 7. de in litem iurando, Claud. in d. l. ſi quis maior, num. 41. Gomeſ. Arias ſuper l. 61. Tauri, nu. 19.*

10 *Item excuſatur quis a periurio propter difficultatem, vt dicit Gloſſ. in cap. breui, in Gloſſ. 1. de iureiuran. quam dicit eſſe communiter approbatam Gomeſ. Arias, ſuper l. 65. Tauri, num. 30.*

11 *Poteſt etiam excuſari, ſi demonſtret, quòd tale periurium nulli præiudicauit, neque poterat præiudicare: nam eo caſu, etiam ſi quis deliberate periurauerit, non poteſt de periurio puniri in foro contentioſo, ſed tantum in foro animæ ſolum Deum habet vltorem, ita dicit Gloſ. in c. quicunque, in Gloſ. fin. 6. q. 1. & eſt communis opi. vt atteſtatur Iaſ. in l. ſi duo patroni, §. ſi quis iurauerit, il 2. poſt num. 1. ff. de iureiur. Ioan. de Amicis, conſ. 19. in fi. Bero. q. 134. nu. 9.*

Scias etiam alios eſſe ca-

12 *ſus, in quibus periurium non poteſt iudicialiter puniri, ſed*

Periu-

k. *Periurium rei.*) De periurio rei Rodolfin. ſua concluſ. 5. *Roſ.*

17 l *Item quando defertur in iudicio.*) Adde † contrarium eſſe uerius, quòd imò periurus ad cauſæ deciſionem debet puniri ad commodum Fiſci pęna arbitraria, ut plenè probauit Cagnol. in l. ſi quis maior, num. 127. C. de tranſact. & magis diffusè Menoc. de arbitr. caſu 319. nu. 9. & ſeq.

18 Item † adde, quod ſi reus examinatus fuerit, uti teſtis, & negauerit, non poterit puniri pęna periurij (& ſimiliter Teſtis habens intereſſe) nec alia pęna, ut per Bertazzolum in conſil. 124. & ibi Addentes uolum. 1.

19 Item adde, † quod ſcientes iurans falſum, alteri nociuum, & poſteà confeſſione propria de periurio conuicto, pęna extraordinaria punitur, ut per Boer. in fin. deciſ. allegatæ, & per Crauett. in conſ. 73. num. 37. iuncto, nu. 6. uerſ. poſtremo, qui loquitur, quando ex actis conſtat, & ita tradunt Addentes ad Bertaz. in conſ. 300. uerſ. Excipio tamen.

Item adde, quod etiam iuramentum calumniæ puniri poteſt, ſi per ipſius iurantis confeſſionem, aut per euidentem probationem conſtaret iurantem, uel in iuratione ipſa, uel aduerſus eam calumnia uſum fuiſſe capitulo ultimo de iureiuran. numero ſexto, & Couarru. in prima part. relect. §. 7. num. 7.

* * Item adde, quòd periurus reſpondendo poſitionibus, & articulis extra ordinem punitur, Carau. in ritu 79. num. ſeptimo, & octauo; & Rimin. conſil 591. uolu. 3. ubi ampliat procedere etiam ſi reſpondeat per uerbum credit, uel non credit. *Baiard.*

m *Verſ. quid dicendum.*) Niſi ſtatuto, uel conſuetudine contrarium caueatur, ut ibi Menoch. caſ. 319. in fin. Vulpell. conſ. 161. uide Menoch. *Roſ.*

ſolum Deum habet vltorem, prout eſt periurium rei accuſati, vel inquiſiti in eius examine, quando interrogatur ſuper crimine, vt dixi infra hoc eodem libro §. fin. quæſtio. 45. verſic. quid ergo. [l] *Item quando defertur in iudicio iuramentum a parte*

13 *te parti, non poteſt pars iurans, de periurio iudicialiter puniri, ſed ſolum Deum habet vltorem. Et eſt communis opinio, vt dicit Boer. deciſ. 305. poſt nu. 4.* [m] *verſ. quid dicendum.*

---

§. RAPTVM.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Raptus quando committatur.*
2 *Raptus pœna quæ ſit.*
3 *Et an pœna raptus locum habeat, etiamſi mulier ipſa conſenſerit ſe rapi.*
4 *Et quid ſi raptor illam carnaliter non cognouerit.*
5 *Et an locum habeat in rapiente publicam meretricem.*
6 *Et an in muliere rapientem virum.*
7 *Et an raptor poſſit cum rapta matrimonium contrahere.*
8 *Et an eo caſu euitet pœnas raptoribus impoſitas.*
9 *Et an raptor, ſi ad eccleſiã confugiat, gaudeat eius immunitate.*

Ex Additionibus.

1 *Raptus non præſumitur ex libidine in muliere inepta ad Venerem.*
2 *Raptus cum quibus mulieribus committatur.*
3 *Raptores quomodo puniantur in Regno Neap. remiſſiuè.*
Statutũ, vel lex contra rapientes mulieres, aut eis vim inferentes, etiam copula non ſecuta, nõ comprehendit rapiẽtes, vel vim inferentes ex alia cauſa, quam libidinis, nu. eod.
4 *Raptus quomodo committatur, & probetur, remiſſiuè.*
5 *Raptus pęna an habeat locum in ſponſo rapiente ſponſa.*
6 *Et quid de iure canonico.*
7 *Raptus confeſſio, an proſit raptori, remiſſ.*
8 *Raptoris pęna de iure canonico an habeat locũ in ſocijs, & auxiliantibus, remiſſiuè.*
9 *Raptus pœna, remiſſiue.*
Raptor quibus de cauſis excuſetur, remiſſiue, nu. eod.
10 *Raptoris pœna punitur mulier falso accuſans de raptu.*
11 *Raptores quibus pęnis plectuntur in Ciuitate Neap.*
12 *Et quid in muliere conſentiente raptui.*
13 *Rapiens maritus vxorem an teneatur de vi.*
14 *Raptus an poſſit committi ſine violentia.*
15 *Et mulieri dicenti ſe non fuiſſe violentatam, cum iuramento creditur.*
16 *Raptor non punitur pęna raptus, ſi conſtet de ſpontanea mulieris voluntate.*
17 *Et qua dicatur voluntas libera, & quomodo probetur remiſ.*
18 *Raptor nõ tenetur pęna l. vnica, C. de rapt. virg. ſi mulier ſui iuris conſenſerit ſe rapi.*
19 *Et quomodo probetur voluntas.*
20 *Et erit locus pœnæ raptus, ſi mulier blanditijs, & pollicitis fuerit ſeducta.*
21 *Statutum contra cognoſcẽtem carnaliter mulierem inuitam an conprehendat eum, qui puellam auro induxerit ad ſibi conſentiendum.*
22 *Raptor an teneatur pœna raptus, ſi raptam carnaliter non cognouit.*
32 *Statutum contra raptorem etiam copula nõ ſecuta, quomodo ſit intelligendum.*
24 *Raptor punitur pœna extraordinaria iudicis arbitrio.*
25 *Rapiens meretricem an ſit puniendus.*
26 *Et quid in Regno Neap.*
27 *Et qua dicatur publica meretrix, & quomodo probetur, remiſſiuè.*
28 *Raptor mulieris ſoluta ab ipſo, vel alio carnaliter cognitæ an teneatur pęna ſtatuti de rapiente mulierem honeſtam.*
29 *Raptus non committitur in muliere corrupta honeſte uiuẽte.*
30 *Raptor non tenetur pęna ſtatuti contra rapientem mulierem honeſtam, niſi probetur honeſtas tempore raptus.*
31 *Et quid ſi ſponte confeſſus fuerit raptum.*
32 *Raptus pęna an habeat locum in muliere rapiente virum, remiſſiuè.*
33 *Et quid in uiro rapiente virum libidinis cauſa.*
32 *Rapiens Religoſum nouitium capite punitur.*
35 *Rapiens carentem patre nõ comprehenditur pęna ſtatuti contra rapientem filium.*
36 *Raptor an poſſit cum rapta matrimonium contrahere, & pęnas a iure ciuili impoſitas euiatre.*
37 *Iudex laicus an poſſit cognoſcere de matrimonio incidenter.*
38 *Ius canonicum quando eſt contrarium iuri ciuili, an ſit ſeruandum in vtroque foro.*